



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola CCXX. Ioannis Papae VIII. Ad Romanvm Archiepiscopvm  
Ravennatem. Praecipit vt Romam ad Synodum veniat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

bet facere permittatis: quin potius vestro eos solatio tueri pro Dei, nostroque amore diligentissime studeatis; sed & clericos illius nemo vestrum in commendatione, aut sub alicuius defensionis obtentu, absque prædicti episcopi sui licentia recipere præsumat. Quod si contra hoc nostrum apostolicum statutum aliquis suorum clericorum agere tentauerit, ecclesiastica sit tam acceptor, quam acceptus communione priuatus. Data vt supra.

## EPISTOLA CCXX.

## IOANNIS PAPÆ VIII.

AD ROMANVM ARCHIEPISCOPVM  
RAVENNATEM.

Præcipit vt Romam ad Synodum veniat.

Reuerendissimo & sanctissimo Romano archiepiscopo sanctæ ecclesiæ Rauennatis.

**S**ICVT iam olim vestræ præcepimus reuerentiæ, vt pro multis ecclesiarum Dei necessitatibus quarto Idus Octobris Romam venientes, Synodum pariter celebraremus; nunc iterato his apostolatus nostri literis fraternitati vestræ iubemus, vt omni mora, vel occasione postposita ad denominatam Synodum, quam Deo auctore, in prædicto tempore celebraturi erimus in ecclesia beati Petri principis apostolorum, cum suffraganeis suis episcopis occurrere nullatenus prætermittatis: quia nos omnium ecclesiarum Dei vtilitati & exaltationi, sicut oportet, pari consensu & decreto more præcessorum nostrorum confulere volumus. Et ideo vestram, secundum sacros Canones vnanimitatem adesse volumus; quatenus ecclesia Dei vigor, Christo fauente, per synodalem censuram illibatus permaneat. Quapropter si in vienendo nunc aliquam moram, vel negligentiam admiseritis, scitote quoniam canonica vos redarguemus censura. Optamus sanctitatem tuam. &c. Data xi. Kalendas Octobris, indictione xiii.